

Georg Radow

**Amplissimae Facultatis Iuridicae in Universitate Rostochiensi ad huncactum  
Decanus Georgius Radovius, I.U.D. & Professor Publicus, Suo, & totius Collegii  
Iuridici nomine, Ad Disputationem Inauguralem Dn. Johannes Godhardi Bokelii.  
Ad diem XXV. Maii, pro consequendis summis in utroq[ue] iure honoribus &  
privilegiis, habendam, Magnificum Dn. Rectorem ... observantia atq[ue]  
humanitate invitat**

Rostochii: Kilius, 1671

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741506572>

Druck    Freier  Zugang



Abwesenheit

Præs.: Radovius, Georg /a  
Resp.: Dökkelius, Joh. Bodhard

Rtu jñ 1671



AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICA<sup>40</sup>  
in Universitate Rostochiensi ad hunc actum

DECANUS  
**GEORG GIUS  
RADOVIUS, J.V.D.**

& Professor Publicus,

Suo, & totius Collegii Juridici nomine,

*Ad*

DISPUTATIONEM INAUGURALEM  
**DN. JOHANNIS GODHARDI**  
BÖKELII.

Addiem XXV. Maij, pro consequendis summis  
in utroq; jure honoribus & privilegiis,  
habendam,

**Magnificum DN. RECTOREM,**

Amplissimum utriusq; Reipublicæ Senatum

& cœteros omnes, omnium Ordinum Cives Academ

micos ac Literatos, eâ, qua par est, observan-

tia atq; humanitate invitati.



**ROSTOCHII,**

Tvris JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr. Anno 1671.



On tantum prudentis Legislatoris sed  
& religiosi magistratus prima rerum  
civilium cura in illo , nisi à jure & æ quo  
uterque alienus esse velit , occupata  
est , uti absentium pariter & præsen-  
tium habeatur justa ratio . Ille enim  
communis Jurisprudentiæ finis est ,  
quem legislator , tanquam architectus  
Reipublicæ , cynoletur instar habet , uti suum cuique ita  
tribuatur , ut , Tryphonio JCto svasore , non distrahatur ab  
ullius personæ justiore repetitione . Eundemq; scopum bo-  
nus magistratus , qui juri dicundo præst , unice intendit , ne  
ab isthac regiâ viâ , quæ ad civilem felicitatem & salutem  
populi directa est , deflectat . Prudentiam sapiens definire  
solet , quod sit virtus mentis humanæ posita in perspiciendo  
eligendoque bona & consentanea felicitati in rebus singu-  
laribus . Ejusdem autem haud minima portio est , quæ cir-  
ca *vocationes* & *dimicaciones* , quibus jurisprudentis officium absolu-  
vitur , versatur . Prætores Romani , qui non inter cives Ro-  
manos tantum , sed & inter peregrinos jus reddebant , di-  
cebantur à MARCIANO JURISCONSULTO *viva vox*  
*Juris Civilis* , quatenus adjuvando , vel supplendo , vel cor-  
rigendo juris scripti rigorem , utilitatem publicam , utiauctor  
est SPLENDIDISSIMUS PAPINIANUS , prudenter & ex  
dignitate officii promovebant , hunc ordinem in Edictis suis  
secuti

secuti sunt, ne absentes per præsentes, nec præsentes per ab-  
sentes damnū sentiant. Illam enim causam nemo non justissi-  
mā esse confitebitur, inquit **ULPIANUS**, **FULGIDISSIMUM**  
**CIVILIS PRUDENTIÆ DECUS**, læsum jus per id tem-  
pus, quo quis Reipubl. operam dabat, vel adverso casu la-  
borabat, vel aliâ ex probabili causâ aberat, corrigi. Hinc  
**DIVUS ANTONINUS IMPERATOR** ei, qui absens rem  
amiserat, succurrendo Prætori Marcio in hanc sententiam  
rescripsit: *Et si nihil facile mutandum est ex solennibus*, i. e.  
*ex illis quæ lege subsistunt; tamen, ubi æquitas evidens poscit,*  
*subveniendum est.* Uti autem absentia alia necessaria, alia  
autem voluntaria est, & ita ad exemplum omnis actionis,  
quemadmodum id Philosophus testatur, vel laudabilis, vel  
vituperabilis vel indifferens in Legibus civilibus æstimatur,  
quæ per latifundium universi Juris privati, in quo de sin-  
gulorum agitur utilitate, pariter & publici, quod ad statum  
Reipubl. pertinet, sese amplissimè diffundit. Hinc in no-  
bili hac & scitu necessaria absentiæ materia tot exsurgunt  
quæstionum civilium numeri, tot Legum difficultates, tot  
denique consultorum juris altercationes, ut si ulla, certè  
hæc juris materia mereatur omnino accuratam discepta-  
tionem, & operæ temporisve in pensi pretium. Sive enim quis  
ipsam Reipubl. nostræ Germanicæ compagem & præsentem  
statum intueatur, sive privatorum jurgia ac dissidia, quibus  
fora cottidie replentur, respiciat, ubiq; videre habet quæ  
subtilem mentis indaginem, & solidam, tam publici quam  
privati juris notitiam & enucleationem requirunt. Hoc se-  
cum expendens *Vir Clarissimus D.N. JOHANNES GOT-*  
*HARDUS BOKELIUS*, f. u. *Candidatus florentissimus*,  
nec vel ingratum vel inutile fore studium suum creditit, si

mate-

Materiam absentia<sup>e</sup> penitus elaborandam susciperet, eamq;  
pro consequendis summis in jure honoribus, quos indefes-  
so labore promeruit, accuratè enucleatam, publico jurispru-  
dentum examini submitteret, & quid valeant humeri, proba-  
tum daret. Revocavit siquidem sibi in mentem illud BALDI  
JCTI præceptum, *Leges in Schojis esse diglutiendas, in fôro au-*  
*tem digerendas*, proinde ut ex fonte prudentiæ juris rivulos  
deduceret, id operam dedit, & eo omnes ingenii nervos in-  
tendit, ne ratione, quæ anima legis est, destituantur, quas  
super isthoc argumento conscripsit theses, sed potius ut à  
primis juris principiis eas arcesseret. Cæterum, cum  
vel lege vel consuetudine, quæ legis instar habetur, in  
hac Academia receptum sit, ne illis, qui vel Patrem Pa-  
triamve demonstrare non possunt, vel vitæ anteactæ sordi-  
bus contaminati, vel solidis civilis prudentiæ principiis im-  
buti non sunt, honores deferantur, neq; etiam Amplissima  
Facultas Juridica ab honesto illo instituto hactenus recesser-  
rit; inde publico hocce programmate Clarissimi Candidati no-  
stri nobilissimam Prosapiam, honestos mores & animi do-  
tes, in publicum virtutis & honoris testimonium, aliquanto  
prolixius exponere debuimus. Natus autem est Anno 1645.  
Raceburgi, quæ civitas, in inferiori Saxoniâ, loco amœnissi-  
mo sita, olim Capitulo Cathedrali domicilium concessit, sed  
hodiè Serenissimo Duci Mechlenb: Dno. nostro Clementissimo,  
pro illa parte, quam Canonici obtinebant, sedem, mutato  
scilicet per Instrumentum Pacis Episcopatus statu, haud inju-  
cundam præbet. Patrem laudat *Virum Magnificum & No-*  
*bilissimum, Dominum MARTINUM BOKELIUM JCtum*  
*Excellentissimum*, qui illo tempore, cum filium, benedicente

sum-

summo numinē, susciperet, dicti Capituli Razeburgensis  
Syndicus fuit. Verum enim vero uti ingenium majoribus  
officiis aptum non facile arctis cancellis constringitur, itaq;  
Vir hic celeberrimus, relictā isthac spartā, cōterum satis  
honoratā, & ad quietem compositā, uti eam id genus ho-  
mines, quos Canonicos vocamus, concedere solent, Lube-  
cam, quæ civitas Imperii florentissima est, se contulit, &  
oblatum Syndici munus non suscepit tantum, sed &, uti  
fulgidissima viri virtus est, & stupenda eruditio, egregie ex-  
ornavit, nec domi duntaxat consilio causas publicas prolixè  
juvit, & disceptationes fori religiosè dijudicavit, verum in-  
super ejus Reipubl. nomine multas legationes dexterime  
obivit. Ut autem in isthac liberā Imperii civitate, quæ in-  
ter præcipuas omnino numerari meretur, fortunarum sua-  
rum sedem elegerat, & maximam vitæ partem in eadē transfe-  
gerat, ita ante aliquot annos volente supremo rerum huma-  
narum arbitro atq; Moderatore Deo, Legati ordinarii, quem  
vulgo Residentem vocant, munus nomine Potentissimi Re-  
gis Sveciæ Hamburgi subiit, hodie autem ejusdem Regis  
Sanctor Consiliarius est, & Ducatus Bremensis atq; Ver-  
densis Cancellarius gravissimus. Matrem habet fœminam  
omni virtutum decore spectatissimam **JUDITHAM**  
**CHRISTINAM** Tacken / Viri Nobilissimi & Consultissimi  
DN. OTTONIS Tacken / **JCTI** nominatissimi, Rei-  
publ. Lubecensis olim Syndici gravissimi, & Capituli Cathe-  
dralis, quod ibidem est, Præpositi nobilissimi filiam. Possemus  
reliquos etiam maiores, suis titulis honoribusq; quibus ex-  
tra plebeam conditionem præluxere, dignissimos, hic recen-  
sere, verum cum nec propositi ratio, nec DN. Candidati

probata

probata modestia id permittat, nec clarissimi stemmatis, hoc  
locorum notissimi, splendor id requirat, ad laudem ejus di-  
gnitatemve facere & sufficere videtur, quod paternarum vir-  
tutum æmulus filius id curæ sibi dari contendat, uti ipsius et-  
iam non tam ex majorum virtute ac laude, quæ quidem glo-  
riosa sunt, sed aliena planè, quam ex proprio merito hono-  
rem ambiat, cum ipsa se virtus, Salustio assertore, satis  
ostendat. Hisce majoribus clarus non potuit non à teneris  
fervescentes optimæ indolis igniculos prodere, cum præpri-  
mis accederet magni parentis solertissima cura, ne quicquam  
in ipsa impubere ætate negligeretur, quod formandis mori-  
bus, & augendis animi dotibus utile & profuturum credidit.  
Postquam itaq; intra privatos parietes, solida humanioris li-  
teraturæ principia posuisset, ejusve capacitatis esse videre-  
tur, qui grammaticarum severam disciplinam supergressus  
majoribus auspiciis & delicatiорibus eruditionis flosculis pos-  
set assuefieri, Publicis Gymnasii Lubecensis Præceptoribus, ne  
per ambages erret, aut se circumduci perperam patiatur,  
commissus est. Præcellebant autem Lubecæ circa id tempus,  
quibus cura rei scholasticæ incumbebat, Viri Præclari ad-  
modum, nempe DN. MEJERUS, DN. BANGERTUS,  
& DN. POLTZIUS, quorum fideli informatione enutri-  
tum Magnificus DN. Parens idoneum judicavit, qui, cum  
certa spe felicissimi successus, in Scholas regias amandare-  
tur. Itaq; Anno 1562, cum is annum ætatis septimum ac de-  
cimum ageret, in hanc nostram Academiam, ex Scholâ in-  
feriori, concessit, nec ita quidem, uti sæpius fieri lœvit, ru-  
dis in humaniori literaturâ & rudimentis philosophiæ, sed  
ductu illorum, qui isthæc omnia probe norant, & illum  
fideli studio imbuerant, eleganter præparatus. Substitit ergo

1560.01.01

apud

apud nos, non ut numerum suppleret & cuticulam curaret, quod multis, maximo suo malo, volupe est, sed ut fungeretur officio Studiosi & benè morati juvenis atq; ita ad majora feliciter decurreret; reputans secum, turpe esse bene natos, illustres majorum cineres, degeneri vita & ignaviæ sordibus conspurcare. Ut autem Experiensissimi *DN. D. MARCHII*, tunc temporis Professoris Rostochiensis, jam autem Chiloniensis celeberrimi, amici nostri honoratissimi, convectorio usus est, ita à Consultissimo *DN. D. MORHOFIO*, Profess. P. & Poetâ Excellentissimo, qui unâ cum aliis quibusdam Professoribus ex hac in Chilonensem Academiam discessit, cujus privatæ informationi commendatus erat, in studio philologiae & philosophiae probè exercitatus ad sublimiora tandem animum applicuit, & studio legalis scientiæ operari dedit, adeoq; ex prælectionibus Excellentissimorum *Dnn. Antecessorum* hujus Academiæ *DN. D. LEMKENII*, *D. WILLEBRANDI*, *D. REDEKERI* & *D. WOLDENBERGII* Collegarum nostrorum honoratissimorum prima jurisprudentiæ elementa hausit. Relicta autem hâc Universitate, in Academiam Juliam, quæ Helmstadii est, se contulit, & studium Juris, hic feliciter cœptum, ibidem, sub auspiciis Excellentissimorum Jutorum *DN. HAHNII*, *D. BINNII*, *D. GLÆSERI*, qui omnes ultimum diem, longiori vitâ digni, obierunt, nec non *DN. D. WERNERI* & *EICHELII*, Vice-Cancellarii Saxo-Lauenb: & amici nostri honoratissimi, magno cum successu continuavit, nec minus exquisitissimis celeberrimi *DN. D. CONRINGII* collegiis se solertissimum Auditorem præbuit. Ex Universitate Julia jussu Patris sui, cui ex voto gloriosum obsequium & debet & præstat, superioris Germaniæ Academias invisit, & in antiquâ Electorali Academia, quæ Heidelbergæ est, per annum substitut, præprimis cum Excellentissimus *DN. BOKELMANNUS* Jctus famigeratissimus & Consiliarius Palatinus splendidissimus illum singulari prosequeretur favore. Nec minus tamen etiam reliquos ejusdem Academiæ Professores celeberrimos, *DN. DANCKELMANNUM* & *DN. WEDERKOPHIUM* hodiè apud Chilonenses Professionis munere fungentem, jura publicè privativè interpretantes audivit. Cum ita curriculum juris prospero successu absolvisset, & ænigmata legum maximâ ex parte subtili mente solvere didicisset, Argentoratensis etiam celeberrimam Academiam, nec non præclaram Tü-

bin-

bingensem visitasset, & ad patris lare*s* nuper retus*s* factus esset, cum  
DN. Patre suo Magnifico Comitiis circularibus inferioris Saxonia*s*,  
qua*s* superiori mense Lunæburgi habita sunt, interfuit, ut qua*s* ad  
ipsum Imperii Statum pertinent, & Juris Studioso per quam necessa-  
ria sunt, ex rerum argumentis addisceret. Hinc ex Consilio DN. Pa-  
rentis in hanc Academiam, in quâ prima rudimenta iuris hau*s*it, re-  
diit, eo præ primis animo, ut, pro consequendis summis in jure ho-  
noribus, se se, cum fiduciam sui omnino habeat, ad respondendum,  
præpararet. Talem autem se Amplissimæ nostræ Facultati Juridicæ  
in examine privato, satis rigorose instituto, exhibuit, ut ex Præcepto  
Optimi Imperatoris Hadriani mereri potius quam petere juris hono-  
res visus sit omnibus. Quoniam autem Disputatio ipsius Inaugura-  
lis, quam *DE ABSENIA* accuratè satis conscep*s*it, die XXV. præsentis  
mensis, in Auditorio majori, publico eruditorum examini summit-  
tenda est, uti, quantos in jure progressus fecerit, publice etiam constet;  
Proinde Ego, ad hunc actum Decanus, meo & Amplissimæ Facultatis  
nomine Magnificum DN. Rectorem, Amplissimum Utriusque  
Reipublicæ Senatum, Excellentissimos omnium Faculta-  
tum Doctores, Licentiatos, Verbi etiam Divini Ministros,  
Philosophiæ Magistros, quiq; præterea Musarum Castra  
sequuntur & literarum studia serio amant, ea qua par est,  
observantia atque humanitate invitatos & rogatos volo, ut  
huic actui frequentes interesse, benevolasq; tam linguas quâ  
aures Candidato nostro præbere; non dēdignentur certa  
nos spe freti, nullo unquam tempore hujus in nos  
collatibeneficii futuros esse  
immemores. Valete.


P. P. Rostochii sub sigillo Facultatis  
d. Maij Anno 1671.







apud nos, non ut numerum suppleret & multis, maximo suo malo, volupe est, sed diosi & benè morati juvenis atq; ita ad maj reputans secum, turpe esse bene natos, ill degeneri vita & ignaviæ sordibus conspurcatissimi *DN. D. MARCHII*, tunc temporis Prof autem Chiloniensis celeberrimi, amici notorio usus est, ita à Consultissimo *DN. D. Poetâ Excellentissimo*, qui unâ cum aliis qui hâc in Chiloniensem Academiam discessit, commendatus erat, in studio philologîæ & citatus ad sublimiora tandem animum adplentiæ operam dedit, adeoq; ex prælectionib *Dnn. Antecessorum* hujus Academiæ *DN. D. BRANDI*, *D. REDEKERI* & *D. WOLDENBERG* rum honoratissimorum prima jurisprudentia cta autem hâc Universitate, in Academiam est, se contulit, & studium Juris, hic felicitate auspiciis Excellentissimorum Jutorum *DN. D. GLÆSERI*, qui omnes ultimum diem, lunt, nec non *DN. D. WERNERI* & *EICHE* xo-Lauenb: & amici nostri honoratissimi continuavit, nec minus exquisitissimis celeberrimis *GII* collegiis se solertissimum Auditorem patre Julia jussu Patris sui, cui ex voto gloriet & præstat, superioris Germaniæ Academiæ Electorali Academia, quæ Heidelbergæ est, primis cum Excellentissimus *DN. BOKELM* ratissimus & Consiliarius Palatinus splendide prosequeretur favore. Nec minus tamen e Academiæ Professores celeberrimos, *DN. D. WEDERKOPHIUM* hodiè apud Chiloniensem fungentem, jura publicè privatimve. Cum ita curriculum juris prospero successu a legum maximâ ex parte subtili mente solvere tensum etiam celeberrimam Academiam, n



uraret, quod in officio Studi decurreret; rum cineres, tam Experiens Chienensis, jam issimi, convivit, Profess. P. & fessoribus ex informatione probè exercitio legalis scitissimorum, *D. WILLE*rum nostro hausit. Relige Helmstadii, ibidem, sub *D. BINNII*, digni, obieccellarii Samm successu *D. CONRIN*. Ex Universitatem & deputatus in antiquâ ubstituit, prætus famigerum singularios ejusdem *MANNUM* cessionis mutates audivit. ænigmata Argentora-claram Tū- bin-